



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum VI. Sanè.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

periculo continentiae positus, tunc ingressus in Monasterium revocari potest, uti videre est apud Sanchez *L. 7. D. 33. n. 6.* si professio nondum edita est: sin verò edita, revocari non potest, quia conjux, dummodo conscientia juris fuerit, mulier v. g. censetur se obligasse, ut & ipsa Monasterium ingrediatur, sicut jus in hoc casu requirit: si verò senex sit, & extra periculum incontinentiae, tunc ad perpetuam continentiam in saeculo servandam se obligare debet, postquam consentit, ut conjux alter profiteatur, juxta citatum *cap. Agathosa*, & vide, quae dixi *cit. p. 3. c. 7. n. 5.*

Limita secundò. Nisi conjux in saeculo manens adulterium commiserit; in hoc casu conjux innocens, cum à debito conjugij reddendo liberatus sit, Religionem profiteri potest, etiam invito conjuge adultero. Ita habetur in *cit. c. Agathosa juncta Glossa, V. vel ipsa*, & docui *cit. capite 7. v. 7.*

## CAPITULUM V.

## Conjugatus.

## PARAPHRASIS.

Nullus conjugatus ad sacros Ordines promovendus est, nisi uxor licentiam dederit, & continentiam voverit. Intellege hac in casu, si uxor senex sit, & extra incontinentiae periculum; alioquin verò Religionem profiteri debet, postquam marito licentiam dedit, sacros accipiendi Ordines. Ita *Glossa hic. V. ab uxore*, & docui in citato capite 7. n. 6. & dicitur in *c. uxoratus 8. hoc tit.*

## CAPITULUM VI.

## Sanè.

## PARAPHRASIS.

Si conjugatus ordinari cupiat, uxoris voluntas requirenda prius est, ut sequestrato mansionis cubiculo, postquam pariter conversi sunt, ordinentur, uxor, &

maritus: alioquin prohibetur, ne conjugatus Episcopus consecratur, nisi uxor continentiam prius professas, factum illud velum imponat, & religiosam vestem induat.

## SUMMARIUM.

*Conjugatus, ut ordinari possit Episcopus, quid ex parte uxoris requiratur?*

Notandum. Conjugatus ordinari non potest Episcopus, nisi uxor Religionem profiteatur; & ideo in hoc casu satis non est, uxorem in saeculo manentem votum continentiae edere. Quae est communis doctrina apud Sanchez *L. 7. de matrimonio, D. 41.* & secutus sum citato capite 7. n. 6. Rationem dat Abbas *hic. n. 2.* ne aliquis uxor mulieribus associata Episcopatum obtinet, & gratias ad ditandos conjugios in saeculo impetret. Haec ratio locum habet secundum hujus Ecclesiae praxim; ut veteri veteri Ecclesia constat, uxores à maritis ad Episcopatum evectis separatas non fuisse, nisi mansionis cubiculo, uti etiam ex hoc colligitur, & docui *L. 5. tract. 9. c. 11. n. 5. c. 6.* Videri potest *Baronius t. 1. ad annum 34.* Interim credibile est, velum professionis accepisse, cum tribus Religionis votis, ab Episcopo editis: rationem dare postquam ex praestantia dignitatis Episcopalis, eo quod decebat conjuges, quatenus earum sensus permittit, etiam ad perfectionis viae debitum assumptas, & ideo sanctionales de Religionem professas, insuper ad ministerium aliquod Ecclesiae circa mulieres constitutas esse.

## CAPITULUM VII.

## Ex publico.

## PARAPHRASIS.

Rescribit Pontifex, mulierem, quae ab Episcopo excommunicata fuerat, quòd ad maritum redire nollet, absolvendam esse, si à viro discessit ante matrimonij consum-